



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Examen VI. Agendorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

meditandi, ſtudenti, Sacri audiendi, vel dicen-
di, conſitendi, communicandi, cibi ſumendi,
horas canonicas dicendi, poteſt enim utiliter
inquiſi, an ſervata ſint omnia? quomodo? cur
neglecta? atque negligentia, merito expiaban-
tur pœna, dolore, emendationis propoſito.

EXAMEN VI. Agendorum; ſcilicet ſuper
ea quæ agenda ſunt hac die, hac hora ſequenti:
prævidendo nempè, & etiam proponendo, quæ
erunt agenda? quomodo? quo ordine? quâ
curâ? perfectione? Hæc enim præviſio incre-
dibile quantum ad profectum facit. Eſt revera
Mater omnis boni: ſicut ejus neglectus (qui
quidem eſt comuniſſimus etiam omnibus Per-
fectionibus ſtudioſis) eſt fons omnium defe-
ctuum, eſtque defectus Prudentiæ, atque ne-
glectus ejusdem; ex quo ſit ut tardiffimè, diffi-
cillimè, vel nunquam ad perfectionem perve-
niant innumeri perfectionis candidati. Et ſole-
mus quidem errores noſtros corrigere per
Examina ſubſequentia, poſt opera & acta no-
ſtra: nec revera præſtaret corrigere per Examina
præcedentia, utiliùs enim eſt & prudentiùs pro-
videre, ne aut vulnus aut damnum referas,
quàm poſt acceptum fortè vulnus vel damnum,
utrique, remedio opportuno ſuccurras. Exa-
men ſubſequens curat, & corrigit vitia commis-
ſa, ſed tamen commiſſa præcavet committenda in
futurum. At vero Examen præcedens Agendo-
rum, cavet, ne committantur, quod utique me-
lius eſſe nemo non videt. Magni ergo æſti-
manda eſt hæc praxis Examiniſ, atque uſus ejus,
deturque illi à ſpiritali Viro tempus ſemper ali-
quod in die, & quidem non unum, ſaltem du-
plex,

plex, nempè manè, deinde post meridiem optandum verò esset, præmitti illud cuilibet actioni majusculæ, ita ut ante opus sit Examen, quomodo sit faciendum? post opus succedat Examen; quomodo sit opus factum?

EXAMEN VII. Super incidentia Coincidit cum præcedenti, tantum in hoc differt, quòd illud prævideat agenda ordinaria, & nota, istud prævideat agenda sed ignota, & respectu hominis casualia, insperata, aut saltem non sperata; unde & Incidentium examen dicitur; quia videlicet præter advertentiam accidunt, possunt tamen prævideri, vel sub hâc ipsâ ratione, quia prævideri non possunt, & potest sese animus contra talia armare, potest ex præteritis incidentiis opinari etiam hodie eventura, vel eadem, vel aliqua alia. Talia sunt, prævidere aliquod negotium, quod etsi nescitur eventurumne sit, scitur tamen evenire posse, quandoque solere. Item prævidere interventum ad se alicujus, eventuram sibi aliquam molestiam, aliquam difficultatem, ab intra, ab extra, ab hac illâve Personâ, occasione, circumstantiâ, &c. Talium incidentium possibilitium prævisio atque præmeditatio utilissima est: ad multa enim prodest, & inter alia ad præparationem mentis, ad pacis internæ conservationem, ad victoriam tentationum, ad vitandas tentationes præoccupantes usum Rationis, subitaneosque motus, &c. Unde inter magnas Dei gratias, hoc est reponendum, si cui hæc agendorum, incidentiumque Prævisio conceditur: talis enim semper in portu, semper in tranquillo navigat, vix unquam fluctuat, vix unquam tempe-

stati-

statibus
inde d
stato
comm

EX
Lueta
re rep
mus in
cum v
ration
dictan
luntas
ctatur
atque
dustri

I.
petatu
ris.
resiste
num e
sub pr
respec
indulg
nis, n

N
motiv
tation
Num
ea diu
bis sit
Ac
tum
famili
zere, I